



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

Ad amicum lucus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Aliud.

SI CERERIS quasi VIS IN AQUA, cerevisia dicta est,
Obtinet hoc nomen Patria jure Dea,
Este mihi testes, medicæq; applaudite Divæ,
Renescq; & splenes & capita & jecora.
Tu verò, mors atra dole, & miserabile plora,
Injicit ingratas cui bona Diva moras.
Tuq; etiam itomacho, Galene, irascere multo,
Quod fiunt regni jura minora Tui.

Ad amicum Iosiu.

O Dulcis nimium, jamq; usucapte sodalis,
Regales nobis ô quot iere dies!
Monstravi toties sicco Tibi lætus in auro,
Et mihi monstrasti Tu quoq; sæpè NIHIL.
Mogane Dux, Cæsar, toties per pocula vixtîs
Nostra, quot astra polus, granaq; littus habet.
Cives pro patria cyathis pugnavimus æquis:
Vix sit pro patriâ tam grave castra sequi.
Nexu haud rumpendo per nos, Germania, vincita es,
Etrorum moles nunc, LEOPOLDE, Tua est.
Frustrâ in Te totus Furias armavit Avernus:
Vimq; amiserunt dira venena suam.
Trax tulit arma retro per nos, Erfordia capta est,
Fatum, quod voluit potio nostra, fuit.
Dicendum superis grates nunc, atq; bibendum est,
Ut ne tam bona fors mutet, amice, bibe.
Sic vivent Pylios Cæsar, Dux Moganus annos,
Mens bona Thuringis, pax erit Imperio.
Nam rapuit sua sceptrâ Jovi, sua stamina Parcîs,
Regnaq; fatorum solus Iacchus habet.

F I N I S